

4. Videbimus CHRISTUM in carne glorificatâ, cum mors erit absorpta in victoriâ.

Job 19.

ψ 45.

Eesai. 33.

1. Cor. 15

V S V S!

Adhortatio, ut agnoscamus nostram beatitudinem, quæ in eo consistit, quod CHRISTUM videmus in verbo.

Philippus rex Macedonia, lætatus est super filio Alexandro Magno, quod tunc temporis natus esset, quo vivebat Aristoteles Philosophorum optimus, qui illum Philosophiæ studio instruere posset. Nos verò multò magis lætemur, quod cum liberis nostris in hoc aureo seculo vivamus, quo verbum DEI purè & sincerè prædicatur.

III. Ratio propositionis vel minoris probatio ab exemplo Regum, 1. Chron. 18. 2. Chron: 34. de Josiâ legitur, quod imitatus sit religionem proavi sui David, secundo Prophetarum. Esa: 7. 9. 45. 64. Dani: 9. Hagg: 2. Malach: 3. probat autem Minorem, ut ipsi conclusioni assentiantur, gratâq; mente suam beatitudinem agnoscant.

V S V S.

1. Patres veteris Testamenti eadem fide salvati sunt ac nos, præterquam,

Acto 15.

1. Cor. 3.

Q; quod